

2. — *Interpretes Latini antiquiores usque ad saec. XII-um.*

*S. Isidorus Hispalensis* († 636.) in nonnullis operibus partes Scripturae, praesertim historiam personarum biblicalarum, allegorice et typice illustravit.

*Venerabilis Beda* († 735.) Benedictinus Anglus praeter versionem Vulgatae Anglo-saxonicae in plurimos Utriusque Testamenti libros (in hexaemeron, partes Pentateuchi, libros Regum, Esdrae, Tobiae, psalmos, Proverbia, Canticum, quattuor evangelia, Actus, omnes epistolas cath., Apocalypsim) commentarios, homilias et dissertationes archaeologicas scripsit, quae ingenio, eruditione ac pietate excellunt. Multa etiam opera, e. g. commentarii in prophetas, perierunt. Nonnulla, quae sub ejus nomine circumferuntur, apocrypha sunt. Ceterum Beda Patrum quidem vestigia (praecipue Augustini) sequitur, sed multa propria addit. Distinguit sensum historicum seu litteralem, allegoricum, moralem et anagogicum. In Antiquo Testamento allegoriis et typis justo plus indulget.

*Paulus Warnefrid* († 799.) jussu Caroli M. homilias Patrum (ad pericopas dominicarum et festorum) sub nomine *postillarum* collegit.

*Alcuinus* († 804.) praeterquam quod Vulgatae emendandae operam dedit, opuscula et commentarios composuit in Genesim, aliquos psalmos, Ecclesiasten, Canticum, evangelium Joannis, plures epistolas Paulinas, Apocalypsim et alia.

*Haymo Halberstadiensis* († 853.) multos psalmos, Canticum, Isaiam, prophetas minores, epistolas Paulinas (locis Patrum collectis) et Apocalypsim explicavit.

*Rabanus Maurus* († 856.) commentarios partim ex Patribus collectos scripsit in historicos Veteris Test. libros, deinde in libros Proverb., Sapientiae et Ecclesiasticum, Jeremiam et Ezechiem, item in Matth. et epistolas S. Pauli, qui omnes exstant.

*Walafridus Strabo* († 849.) breves adnotaciones ex operibus SS. Patrum collectas ad totam S. Scripturam composuit, quae sub nomine *glossae ordinariae* tantam nactae sunt auctoritatem, ut formula: »auctoritas dicit« per plura saecula allegarentur. (Editio princeps glossae ord. Norimb. 1492. et postea saepius.)

*Anselmo Laudunensi* († 1117) adscribitur *glossa interlinearis*, quae inter lineas textus decurrentis, voces etymologice difficiles vestigia Patrum secuta explicat.

3. — *Interpretes scholastici.* Doctores scholae, quamquam magis studiis philosophiae et dogmaticae dediti, tamen exegesim minime neglexerunt. Vix enim quemquam eorum invenies, qui aliquem librum sacrum

interpretatus non sit. Etsi linguarum ac rerum antiquarum scientia destituti, tamen scientia dogmatum, studio Patrum, frequentique Scripturarum lectione ac meditatione profundam earum intelligentiam sunt consecuti. Sensum litteralem et spiritualem omnes admittunt, tresque sensus spiritualis species distinguunt: sensum allegoricum, moralem et anagogicum. Etsi omnes fere sensum litteralem in theoria aliis preferunt, et argumenta sua ex illo deponunt; tamen multi sensum magis spiritualem in praxi colunt, imo etiam in usu sensus accommodati ac consequentis modum excedunt.

*Rupertus Tuitiensis* († 1135.) libros A. T. historicos, Jobum, Ecclesiasten, Canticum, et prophetas commentariis illustravit, item quattuor evangelia et Apocalypsim. Patres tam serviliter non sequitur, quam alii ejus temporis interpretes.

*Hugo a. S. Victore* († 1141.) ad plerosque libros historicos A. T., item Ecclesiasten, Threnos, Joelem, Abdiām, epistolas S. Pauli et multas particulas S. Scripturae adnotationes scripsit.

*S. Bernardus* († 1158.) in sermonibus suis multos Scripturae locos (praesertim Canticum) sensu accommodato et mystico explicavit.

*Petrus Lombardus* († 1164.) copiosas scripsit glossas in psalmos et collectanea in epistolas Paulinas.

*Joachim abbas Flor.* († 1202.) praeter alia opera exegetica Apocalypsim commentatus est. (Edit. Venet. 1527.)

*Hugo a. S. Caro* († 1260.) textum Vulgatae correxit, primas concordantias confecit, divisionem capitum vel potius pericoparum in Vulgatam introduxit, et *postillas* in Utrumque Testamentum totum composuit. (Edit. princeps Venet. et Basil. 1487., deinde Venet. 1754.) Sensum litteralem et allegoricum accurate distinguit.

*Albertus Magnus* († 1280.) interpretatus est psalmos, lamentationes, Danielem, Baruch et prophetas minores, evangelia et Apocalypsim. In Antiquo Testamento, praesertim in psalmis, sensum spiritualem justo plus consecutatur; sed eminent commentarius in evangelia.

*S. Thomas Aquinas* († 1274.) sicut operibus philosophicis, dogmaticis et moralibus, ita etiam in exegesi excelluit. Commentarios scripsit in primos 50 psalmos, in Job, Canticum, Isaiam, evangelium Matthei et Joannis, et epistolas S. Pauli; praeterea *catenam auream* dictam ex optimis (54) interpretibus Graecis et Latinis in evangelia composuit. (Saepe edita, etiam recentius Taurin. 1896. Textus tamen allati saepe spurii sunt.) Catena haec et commentarius Pauli inter omnia eminent. Accurate distinguit species sensus; sensum litteralem sequitur, sed typicum non negligit.

\* *S. Bonaventura* († 1274.) notis illustravit hexaemeron, psalmos, lamentationes, Ecclesiasten, librum Sapientiae, evangelia Lucae ac Joanis, et Apocalypsim. Magis allegoricum et moralem, quam litteralem sensem proponit.

*Gregor. Barhebraeus* Syrus († 1286.) monophysita, saec. XIII. scholia scripsit in Jobum et in prophetas minores.

*Nicolaus Lyranus* († 1340.) Judaeus conversus, linguae Hebraicae et Chaldaicae optime gnarus, docet interpretationem spiritualem litterali niti oportere. Scripsit commentarios in totam S. Scripturam sub nomine *postillarum*, quae ab aequalibus tanti habebantur, ut dicerent: nisi Lyra lyrasset, totus mundus delirasset. (Edit. Romae, 1471. Colon. 1478. Duac. 1617. Antverp. 1634.) Postillis Lyrani etiam Lutherus adeo usus est, ut in proverbium veniret: si Lyra non lyrasset, Lutherus non saltasset.

*Paulus Burgensis* († 1435.) origine Judaeus, lectione Summae S. Thomae conversus, ad postillas Lyrani adnotationes addidit.

*Joannes Gerson* († 1429.) de sensibus Scripturae bene disseruit, et psalmos et Canticum explanavit.

*Alphonsus Tostatus* († 1455.) linguarum sacrarum peritus libros Veteris Testamenti historicos et evangelium Matthei uberius interpretatus est. (Edit. Opp. Hispali, 1491. Venet. 1615. 1728.)

*Laurentius Valla* († 1457. vel 1465.) humanista celeber sed dubiae fidei, inter alia scripsit adnotationes in Novum Testamentum. Vulgatam (sicut etiam Aristotelem, S. Augustinum, S. Thomam et ceteros scholasticos) vituperat.

*Nicolaus de Cusa* († 1464.) multa opera physica, philosophica et theologica conscripsit, in quibus, praecipue in Excitationum libris etiam locos biblicos explicat. Linguarum Hebraicae et Arabicae gnarus fuit.

*Dionysius Carthusianus* († 1471.) totam S. Scripturam, praesertim epistolas Paulinas, partim postillis, partim enarrationibus diffuse explicavit.

*Petrus Niger seu Schwarz* († 1490.) praeter opus de vaticiniis Messianis primus Christianorum grammaticam Hebraicam (an. 1475.) scripsit.

*Desid. Erasmus Rotterodamus* († 1536.) Latinam Novi Test. versionem et paraphrasim edidit. (Basil. 1517—25.)

*Felix Pratensis* († 1539.) Judaeus conversus, officinae Bombergiana director, commentarios rabbinorum in prima *Biblia Rabbinica* (Venetiis, apud Bomberg. 1517.) collegit.

*Opera interpretum medii aevi in variis collectaneis edita sunt.*  
Multam etiam apud Migne inveniuntur.

§ 133.

*Interpretes catholici a tempore protestantismi.*

A tempore protestantismi exegesis tam apud catholicos, quam apud protestantes magna incrementa cepit. Sicut saeculum IV. et V. aurea exegesis Patrum aetas fuerant, ita saecula protestantismum vel potius concilium Tridentinum sequentia fuerunt aetas aurea exegesis recentioris. Saeculo illo post concil. Tridentinum plus quam trecenti exegetae celebres extiterunt. Valde tamen erraret, qui meritum hujus rei protestantismo attribueret. Fundamenta enim hujus incrementi, ut ex praecedentibus appareret, jam longe ante apud catholicos posita erant. Ipsa studia humaniora, saeculo XV-o efflorescentia etiam studia linguarum biblicarum promovebant. Protestantismus non fuit, nisi occasio et causa negativa incrementi exegesis catholicae, in quantum conviciis suis et abusu Scripturarum doctores catholicos ad defendendam interpretationem catholicam et impugnandam protestanticam, item ad aemulanda studia protestantium philologica et historica coegerit.

Praecipui hujus aetatis interpretes fuerunt.

*Cajetanus Cardin.* (Thomas de Vio † 1534.) Judaei cujusdam operus magnam Scripturae partem in Latinum transtulit. Scripsit etiam interpretationes ad plerosque Veteris et Novi Testamenti libros. A traditione exegetica saepe recedit. (Commentarii editi sunt Romae, 1529—35. Venet. 1530. etc.)

*Santes Pagninus* († 1541.) praeter opera philologica et hermeneutica versionem Latinam totius S. Scripturae egregiam sed verborum nimis tenacem e textu originali composuit. (Lugduni, 1528. editam.) Praeterea scripsit catenam argenteam in Pentateuchum. (Antverp. 1565. etc.)

Hac aetate versiones S. Scripturae Germanicas confecerunt: *Hier. Emser*, versionem Lutheri cum Vulgata collatam secutus (Dresdae, 1527.), *Joan. Dietenberger* (Mogunt. 1534.), et *Joan. Eck* ex ipsa Vulgata. (Ingolstad. 1537.)

*Franc. Vatablus* († 1547.) scholia optima in Scripturam A. T. et Actus composuit a Calvinianis corrupta. (Edit. Paris. 1545. etc.)

*Nicol. de Leuze* anno 1550. antiquorem versionem Gallicam (ex Vulgata cum textu originali collata factam) Jacobi Fabri Stapulensis (Le Fèvre d'Etaples) emendavit et edidit.

*Cornel. Jansenius Gandav.* († 1576.) scripsit paraphrasim et adnotationes in psalmos (Lugd. 1586. etc.), commentarios in Proverb. (Lovan. 1569. Lugd. 1586. etc.), Canticum (Lugd. 1586. etc.), librum

Sapientiae et Ecclesiasticum (Antverp. 1589. Lugd. 1586.); praeterea concordiam evangeliorum (Lovan. 1549.) et commentarium in historiam evangelicam composuit. (Lovan. 1572. etc.)

*Joan. Maldonatus* († 1583.) egregios et de multorum sententia omnium saltem antiquiorum optimos scripsit commentarios *in quattuor evangelia*. (Ed. Mussiponte, 1596. etc. Recentius Mogunt. 1840. sqq. 1874. Barcin. 1882.) Minus utiles sunt commentarii in libros Vet. Testamenti: psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum, libr. Sapientiae et prophetas majores. (In proph. majores edit. Lugd. 1609. etc.)

*Alph. Salmeron* († 1585.) dissertationes composuit in omnes fere Novi Test. libros, etiam Apocalypsim. (Matrii, 1597—602. Colon. 1612—14.)

*Franc. Ribera* († 1591.) S. Theresiae confessarius, commentarium scripsit in prophetas minores (Antverp. 1571. etc.), evang. Joannis (Lugd. 1623. etc.), epist. ad Hebr. (Salmant. 1598.), et Apocalypsim. (Lugd. 1593.)

*Emmanuel Sa* († 1596.) adnotaciones et scholia confecit in totam S. Scripturam. (Antverp. 1598. etc.)

*Franc. Toletus* († 1596.) praeter studia critica (emendatio Vulgatae) egregios fecit commentarios in evang. Lucae, Joannis, et *in epist. ad Roman.* (Romae, 1588—1602. etc.) Ab aequalibus maximus omnium interpretum habetur.

*Gilb. Genebrardus* († 1597.) psalmos interpretatus est et commentarios interpretum Judaeorum medii aevi in Cantic. et Joëlem latine edidit. (Psalm. Paris, 1577. 1582. etc. Cant. Paris, 1570. etc. Joel, Paris, 1563.)

*Georg. Káldi* anno 1605. sq. totam S. Scripturam in linguam Hungaricam transtulit.

*Ant. Agellius* († 1608.) praeter studia critica optimum composuit commentarium *in psalmos et cantica* (Romae, 1606. etc.) et Threnos. (Romae, 1598.)

*Nic. Serarius* († 1609.) plures recentiores libros historicos Ant. Test. et epistolas catholicas interpretatus est. (Op. Mogunt. 1599—1612. Lugd. 1613.)

*Ben. Pererius* († 1610.) amplum commentarium in Genesim et breviorem in Danielem scripsit. (Romae, 1587. 1589—98. etc.)

*Guil. Estius* († 1613.) valde bonos commentarios conscripsit *in epistolas Paulinas et catholicas*. (Duaci, 1614. Mogunt. 1858. etc.) Praeterea adnotaciones in locos Scripturae difficiliores. (Antverp. 1621. etc.) Interdum tamen ad Baji placita inclinat.

*Lud. Alcasar* († 1613.) magnum commentarium *in Apocalypsim* composuit, quam in victoriam religionis Christianae de judaismo et imperio Romano interpretatur. (Edit. Antverp. 1614.) Etiam partes Ezechielis et Danielis ad Apocalypsim pertinentes explanavit. (Lugd. 1632.)

*Fr. Luc. Brugensis* († 1619.) de re critica et emendatione Vulgatae optime meritus. Commentarium *in quattuor evangelia* scripsit. (Ed. Antverp. 1606. et 1612.)

*Rob. Bellarminus* († 1621.) praeter opera dogmatica celeberrima etiam explanationem psalmorum valde bonam conscripsit. (Romae, 1611. etc.)

*Bened. Justiniani* († 1622.) valde bonum scripsit in omnes epistolae apostolorum commentarium. (Edit. Lugd. 1612. 1621.)

*Casp. Sanctius* († 1628.) recentiores A. T. libros historicos, Job, Cantic. et omnes prophetas, item Actus interpretatus est. (Comment. edit. Lugd. 1612—28.)

*Joan. Lorinus* († 1634.) libros III—V. Moysis, Ecclesiasten et libr. Sapientiae commentatus est; deinde psalmos sententiis Patrum uberrime illustravit. Maxime autem excellit commentarius ejus in Actus. Praeterea explicavit epistolas catholicas. (Lugd. 1606—29. Colon. 1619—24.; Actus Lugd. 1605. 1609. Colon. 1617.)

*Jac. Tirinus* († 1636.) bonum commentarium non prolixum in totam S. Scripturam composuit etiam recentius editum. (Antverp. 1632. etc. Taurin. 1882. sqq.)

*Cornelius a Lapide* (van den Steen † 1637.) *in omnes libros Ant. et Novi Test.* (exceptis libro Job et psalmis) uberrimos commentarios conscripsit. (Edit. Antverp. 1614—33. etc. Recentius Paris, Vivès, 1874. sqq.) Frequenti Patrum citatione eminent. Omnes quattuor sensus exponit, sed litteralem non semper satis diligenter. Interpretationes Pentateuchi et epistolarum Paulinarum cura sensus litteralis ceteris praestant. Opus concionatoribus utilissimum.

*Joan. de Pineda* († 1637.) *in Jobum* (Matrii 1595. sqq.), Ecclesiasten et Canticum (Hispali, 1602. 1619. etc.) valde bonos scripsit commentarios.

*Jac. Bonfrère* († 1642.) *in Pentateuchum* (Antverp. 1625.), libros Josue, Judicum et Ruth (Paris, 1631.) valde bonos commentarios composuit.

*Balth. Corderius* († 1655.) catenas Graecas diligenter collegit (Cat. in Psalm., Antverp. 1643. sqq.), et *in Jobum* commentarium scripsit. (Antverp. 1646.)

*Barthol. Holzhauser* († 1658.) commentarium scripsit in *Apocalypsim* (Bambergae, 1784. denuo editum Regensburg, 1875.), ubi interpretationem ejus historicam exponit.

*Jac. Ben. Bossuet* († 1704.) inter alia opera etiam valde bona scholia scripsit in *psalmos* (Lugd. 1691. Paris, 1693.) et quinque libros sapientiales (Paris, 1693.); deinde sistema Alcasari de *Apocalypsi* uberius exposuit. (Paris, 1689.)

*Bern. a Piconio* (Piquigny † 1709.) explanationem evangelii et paraphrasim atque expositionem epistolarum Paulinarum edidit. (Paris. 1703. etc.)

*Bern. Lamy* († 1715.) praeter opus archaeologicum (Apparatus biblicus) scripsit concordiam evangeliorum. (Paris, 1689. et 1699.)

*Alex. Natalis* († 1724.) praeter opera historica etiam totum fere Novum Test. interpretatus est. (Paris, 1703. et 1710.)

*August. Calmet* († 1757.) praeter alia opera biblica egregia (e. g. primum lexicon biblicum) commentarios in universam S. Scripturam confecit multis tractatibus locupletatos. Opus hoc (Paris, 1707. etc.) gallice editum J. D. Mansi latine reddidit. (Venet. 1754. Aug. Vind. et Virceb. 1875.)

*Ant. Martini* annis 1769—76. versionem Italicam totius S. Scripturae e Vulgata composuit, notis illustratam.

#### § 134.

##### Interpretes catholici saeculi XIX-i.

Innumerabiles fere Scripturae interpretationes saeculo XIX-o extiterunt, linguis plerumque vernacularis (maxime Germanica) scriptae. Plurimi interpretes hujus aetatis sensui quidem tradito institerunt, sed res grammaticas, historicas, archaeologicas, geographicas, accitis in subsidium monumentis recenter detectis, abunde illustrarunt atque excoluerunt. Horum ergo libri, quum ea, quae in antiquis commentariis bona inveniuntur, collecta exhibeant, iisque fructus scientiarum provectiorum addant, et plerumque breviores sint quam multi veterum commentarii: plurimum ad eruditam Scripturae tractationem et usum practicum prosunt. Recentiores illi interpretes sensum litteralem quaerunt et exponunt; typicum tamen firmiter probatum admittunt; allegoricum et mysticum saltem in exegesi theoretica atque erudita negligunt.

1. — *Singulos libros interpretati sunt sequentes.*

*Pentateuchum*: — *G. Meignan* (prop. Mess. Pentateuchi), 1856. *H. J. Creilier* (Genesim, Exodum, Leviticum) Paris, 1886—89. *Trochon*

(Numeros et Deuteron.), Paris, 1887. sq. *Th. J. Lamy* (Genes.), Mechl. 1883. *A. Tappehorn* (Genes.), Münster, 1888. *L. Cl. Fillion*, Paris, 1890. etc. *Fr. Hummelauer* (Genes.), Paris, 1895., (Exod., Levit.) 1897., (Numeros) 1899. Historiam creationis explicant multi libri apologetici cf. supra p. 221.

*Librum Josue*: — *Clair*, Paris, 1877.

*Libros Judicum et Ruth*: — *Clair*, Paris, 1878. *Fr. Hummelauer*, Paris, 1888. *B. Neteler*, 1900.

*Libros Samuelis et Regum*: — *Clair*, Paris, 1879. *F. Vigouroux* (La Bible et les découvertes. IV. éd.), Paris, 1884. sq. *Fr. Hummelauer* (I. II. Samuel), Paris, 1886.

*Libros Paralipomenon*: — *B. Neteler*, Münster, 1872. *Clair*, Paris, 1880.

*Libros Esdrae et Nehemiae*: — *B. Neteler*, Münster, 1877. *Clair*, Paris, 1882.

*Librum Tobiae*: — *H. Reusch*, Freib. 1857. *C. Gutberlet*, Münster, 1877. *Gillet*, Paris, 1879. sq. *Ant. Scholz*, 1889.

*Librum Judith*: — *J. A. Nickes*, Vratisl. 1854. *Gillet*, Paris, 1879. sq. *Ant. Scholz*, Würzb. 1885. et 1887. *B. Neteler*, Münster, 1886.

*Librum Esther*: — *J. A. Nickes*, Romae, 1856—58. *B. Neteler*, Münster, 1877. *Gillet*, Paris, 1879. sq. *Ant. Scholz*, Würzb. 1892.

*Librum Job*: — *Ben. Welte*, Freib. 1849. *Le Hir*, Paris, 1873. *H. Zschokke*, Wien, 1875. *J. Knabenbauer*, Paris, 1885. *H. Lesêtre*, Paris, 1886. *J. Langer*, ed. III. Freib. 1889.

*Psalterium*: — *Jos. Handschuh*, 1839. *Jo. Kopsz*, Sabariae, 1857. (adnotaciones), *Th. Kremincska*, Posonii, 1857. (paraphrasis), *P. Schegg*, 1845. sq. ed. II. Münch. 1857. *Laur. Reinke* (psalm. Mess.), Giessen, 1857. sq. *Val. Thalhofer*, Regensb. ed. III. 1871. IV. 1880. *J. A. van Steenkiste*, Brug. 1870. *A. Rohling*, Münster, 1871. *Fr. X. Patrizi*, Romae, 1875. *Jo. Th. Beelen*, 1878. (holland.), *J. Langer*, ed. III. Freib. 1890. *G. Hoberg*, Freib. 1892. *Fr. Raffl*, Freib. 1892. *L. Cl. Fillion*, Paris, 1893.

*Librum Proverbiorum*: — *A. Rohling*, Mainz, 1856. 1879. *H. Lesêtre*, Paris, 1872. *P. B. Schmid*, 1899.

*Ecclesiasten*: — *B. Schäfer*, Freib. 1870. *A. Mottais*, Paris, 1876. sq. *G. Bickell*, Innsbr. 1885. *G. Gietmann*, Paris, 1890.

*Canticum canticorum*: — *J. L. Hug*, Freib. 1813. 1815. *J. H. Kistemaker*, Münster, 1818. *B. Schäfer*, Münster, 1876. *Le Hir*, Paris, 1883. *P. Schegg*, München, 1885. *J. Langer*, 1887. ed. II. Freib. 1889. *Fr. S. Tiefenthaler*, Kempten, 1889. *G. Gietmann*, Paris, 1890. *Kortleitner*, 1892.

- Librum Sapientiae*: — *J. A. Schmid*, Wien, 1858. ed. II. 1865.  
*C. Gutberlet*, Münster, 1874. *H. Lesêtre*, Paris, 1880.
- Librum Ecclesiasticum (filii Sirach)*: — *H. Lesêtre*, Paris, 1880.
- Prophetas*: — *L. Reinke* (vaticinia Messiana), Giessen, 1859—62.  
*Fr. X. Patrizi* (vaticinia Messiana), Romae, 1877. *Le Hir* (prophetas maiores), Paris, 1877. *Trochon* (prophetas maiores et minores), Paris, 1878—1883.
- Isaiam*: — *J. H. Kistemaker* (Emmanuelem), Münster, 1824.  
*L. Reinke* (partes Isaiae), Münster, 1836. 1848. *P. Schegg*, München, 1850. *G. K. Mayer*, 1860. sqq. *A. Rohling*, Münster, 1872. *B. Neteler*, Münster, 1876. *J. Knabenbauer*, Freib. 1881. comment. Paris, 1887.
- Jeremiam*: — *G. K. Mayer*, 1860. sqq. *Ant. Scholz* (textum) Regensb. 1875. (comment.) Würzb. 1880. *J. Schneedorfer*, Prag. 1876. 1881. *J. Knabenbauer*, Paris, 1889.
- Threnos*: — *Schneedorfer*, Prag. 1876. 1881. *Knabenbauer*, Paris, 1891.
- Baruch*: — *H. Reusch*, Freib. 1853. *Knabenbauer*, Paris, 1891.
- Ezechielem*: — *B. Neteler*, Münster, 1870. *J. Knabenbauer*, Stimmen M. L. 1879. comment. Paris, 1890.
- Danielem*: — *B. Neteler*, Münster, 1870. *Gul. Palmer*, Romae, 1874. *A. Rohling*, Mainz, 1876. *J. Knabenbauer*, Paris, 1891. *Fr. S. Tiefenthaler*, Paderb. 1895.
- Prophetas minores*: — *P. F. Ackermann*, Viennae, 1830. *Fr. Patrizi* (Zachar. et Malach.), Romae, 1853. *P. Schegg*, 1854. 1862. *L. Reinke* (Habac.) 1870. (Sophon.) 1868. (Agg.) 1868. (Malach.) 1856. *Fr. Kaulen* (Jonam) Mainz, 1862. *B. Neteler*, Münster, 1871. *Ant. Scholz* (Osee), Würzb. 1882. (Joel.) 1885. *J. Knabenbauer*, Paris, 1886.
- Libros Machabaeorum*: — *F. X. Patrizi*, Romae, 1856. *Gillet*, Paris, 1879. sq.
- Evangelia*: — *J. H. Kistemaker*, Münst. 1808. *Jos. Sepp* (Leben Chr.), Reg. 1843—46. *Aug. Berlepsch*, 1849. *Fr. Patrizi*, Frib. 1853. *P. Schegg*, München. 1854—80. *J. Langen*, (hist. passion.) Freib. 1864. *Aug. Bisping*, Münst. 1867—69. *Jos. Grimm* (Einheit), Reg. 1868. (Leben J. I. II. Aufl.) 1876—99. *J. Mac Evilly*, Dublin, 1876. *L. Karsch* (pericopas hungarice), Nagyvárad, 1876. etc. *J. Th. Laurent*, 1878. *L. Cl. Fillion*, Paris, 1878—98. *P. Schanz*, Freib. u. Tübing. 1879—85. *Fr. Pözl*, Graz, 1880—92. *V. Kereszty* (pericopas), Strigonii, 1892.
- Matthaeum*: — *P. Al. Gratz*, Tübing. 1820. (Ad rationalismum inclinat.) *M. Arnoldi*, 1856. *P. Schegg*, München, 1856. sqq. *A. Bisping*, Münster, 1867. *P. Schanz*, Freib. 1879. *J. Steenkiste*, ed. II. Brug. 1882. *J. Knabenbauer*, Paris, 1892.

- Marcum*: — *Fr. Patrizi*, Romae, 1862. *A. Bisping*, Münster, 1868. *P. Schegg*, München. 1870. *P. Schanz*, 1881. *L. Klofutar*, Labaci, 1892. *Fr. S. Tiefenthaler*, Paderb. 1892. *J. Knabenbauer*, Paris, 1894.
- Evangelium Lucae*: — *P. Schegg*, München. 1861—65. *A. Bisping*, Münster, 1868. *P. Schanz*, Tübing. 1883. *L. Klofutar*, Labaci, 1892. *J. Knabenbauer*, Paris, 1895.
- Evangelium Joannis*: — *H. Klee*, 1829. *Adalb. Maier*, Freib. 1843. sqq. *Fr. X. Patrizi*, Romae, 1857. *L. Klofutar*, 1862. *A. Bisping*, Münster, 1869. *P. Schegg*, 1878. *J. Corluy*, ed. II. Gandav. 1882. *P. Schanz*, 1885. *P. Keppler* (sermonem valedictorium), Freib. 1887. *J. Knabenbauer*, Paris, 1898. *K. Weiss* (prologum Joannis), Freib. 1899.
- Actus apostolorum*: — *Jo. Th. Beelen*, Lovan. 1850. 1870. *Jos. Sepp*, (Gesch. d. Ap.) ed. II. Schaffh. 1866. *Fr. Patrizi*, Romae, 1867. *A. Bisping*, ed. II. Münst. 1871. *H. J. Crellier*, Paris, 1883. *Jos. Felten*, Freib. 1892. *J. Belser*, 1897. *J. Knabenbauer*, Paris, 1899.
- Epiſtolas Paulinas*: — *J. Mac Evilly* (anglice), Dublin, 1869. *P. Drach*, Paris, 1871. *A. Bisping*, ed. II. et III. Münster, 1865. 1870. 1883.
- Epiſtolam ad Romanos*: — *H. Klee*, Mainz, 1830. *Fr. Reithmayr*, Regensb. 1845. *Ad. Maier*, Freib. 1847. *Jo. Th. Beelen*, Lovan. 1854. *A. Bisping*, ed. III. Münster, 1870. *L. Klofutar*, 1880. *J. Agus*, Ratisb. 1888. *Al. Schäfer*, 1891. *R. Cornely*, Paris, 1896. *A. Schulte*, 1897.
- Epiſol. I. et II. ad Corinthios*: — *Ad. Maier*, 1857. 1865. *A. Bisping*, ed. III. Münster, 1883. *R. Cornely*, Paris, 1890—91.
- Epiſol. ad Galatas*: — *Fr. Windischmann*, Mainz, 1843. *Fr. Reithmayr*, München. 1865. *A. Bisping*, ed. III. Münster, 1883. *Dom. Palmieri*, Galopii, 1886. *Al. Schäfer*, Münster, 1890. *R. Cornely*, Paris, 1891.
- Epiſol. ad Philippenses*: — *Jo. Th. Beelen*, ed. II. 1852. *A. Bisping*, ed. II. Münster, 1866.
- Epiſol. I. et II. ad Thessalonicenses*: — *A. Bisping*, ed. II. Münster, 1865. *Al. Schäfer*, Münster, 1890.
- Epiſtolas pastorales*: — *J. M. Mack*, Tübing. 1836. 1841. *A. Bisping*, ed. II. Münster, 1865.
- Epiſol. ad Hebraeos*: — *H. Klee*, Mainz, 1833. *Conr. Lomb*, 1843. *Val. Thalhofer*, 1855. 1870. *Ad. Maier*, 1861. *L. Zill*, Mainz, 1875. 1879. *Al. Schäfer*, 1893.
- Epiſtolas catholicas*: — *J. Mac Evilly* (anglice), Dublin, 1869. Ed. III. 1875. *A. Bisping*, Münster, 1871. *P. Drach*, Paris, 1873. *Liagre* (Jacobi), Lovan. 1860. *Al. Messmer* (Jacobi), Brixen, 1863. *P. Schegg* (Jacobi), München, 1883. *Fr. S. Trenkle* (Jacobi), Freib.